

A Anglica, Nicolaum episcopum Bathoniensem, Robertum episcopum Saresbiriensem, Ioanem episcopum Lichfeldensem, Thomam abbatem sanctae Mariae extra muros Eboracenses, ordinis sancti Benedicti. Pro natione Germanica, Ioannem archiepiscopum Rigensem, Ioannem episcopum Lutoniusensem. Petrum episcopum Ripensem, Andream electum Posznaniensem. oes constitutat, uel saltem de qualibet natione duos,

C Concilium deputat legatos ad requirendum papam
super procuratorio faciendo.

Item deputat dicta sancta synodus, ac constituit, & ordinat ex parte huius sacri concilij suos legatos infra scriptos. De dominis cardinalibus, reverendum patrem dominum tituli sancti Marci, & Florentinum cardinales. Pro natione Gallicana, Theobaldum episcopum Carcassonensem, Ioannem Datani in theologia, Iacobum de Spars in medicina magistros. Pro natione Italica, episcopum Feltreni, abbatem sanctae Mariæ de Florentia. Pro natione Germanica, Conradum abbatem Pingeniensem, Lambertum de Stipite decretorum doctores, ordinis sancti Benedicti. Pro natione Anglicana, Thomam Poltensem protonotarium sedis apostolicæ, Bernardum de Planchea decretorum doctorem, ordinis sancti Benedicti, ad dictum dominum Ioannem papam xxii, ad petendum & requirendum ex parte dicti concilij, quod constitutus procuratores ad resignandum papatum, infra duos dies postquam fuerit requisitus, & procuratorum ad dictam renunciationem faciat, & expedit pro bono unionis & pacis ecclesiæ, sub data forma & sub bulla.

al. dicta

C Quod prælati prædicti requirant papam, quod ueniat ad concilium.

Item decernit & ordinat, quod dicti legati ipsum Ioannem papam exhortentur & requirant ex parte sacri dicti concilij, ut ueniat ad hanc ciuitatem Constantiæ, siue ad uillam Vlmae, aut ad uillam Rauenspurg, uel ad ciuitatem Basileensem, ad tractandum & perficiendum per eum, quantum in eo, omnia & singula quæ expedire videbuntur pro unione & reformatione ecclesiæ, per hoc sacrum concilium deliberata & deliberanda.

C Quod dicti legati portent papæ securitates debitas.

Item quod dicti legati securitates debitas ex parte huius sacri concilij & serenissimi principis domini regis Romanorum, ipsi domino Ioanni papæ portent, & cū esse cū realiter illi offerant atque tradant, casu quo iuxta præmissa ad alterum de dictis locis cum effectu accedat.

C Item quod dictus dominus Ioannes papa promittat, & iuret unum de prædictis locis eligere infra duos dies, post requisitionem super hoc eidem faciendam compitados, & infra decem dies a tempore dictæ requisitionis, ad dictum locum per eum eligendum accedere, & abinde non discedere sine consensu dicti concilij, uel quousque præmissa fuerint cum effectu adimplenta. Et in casu quo oppositum facheret, recedendo sine consensu dicti concilij, uel præmissa non adimplendo, extune prout extunc consentiat per bullam haberi pro non papa, &c. cum clausulis opportunis. Et si non consentiat, tunc propter haec & multa alia procedatur contra eum, tanquam contra notorium fautorum huius schismatis, & suspectum hereticæ prauitatis, ut fuerit iuri & rationis.

C Quod supersedeatur a processu contra papam, donec habeatur r̄fiso.

Item quod pendentibus ipsis, supersedeatur de citatione & processu contra eum faciendo, donec super præmissis habeatur eius responso, dummodo saluus conductus ducis Austriae in forma petita infra horæ sessiōis diei crastinæ, quæ erit louis XVIII. præsentis mensis Aprilis, pro dictis legatis & cardinalibus mittendis habeatur. Er si non habeatur infra dictum terminum, decernatur citatorum per edictum, & alias procedatur contra dictum dominum Ioannem papam, ut fuerit rationis.

bbb

Si